

loquebatur. Sæpe infideles cadunt in faciem et adorant Spiritum sanctum, adorant perterriti, et confitentur in viti ex operum magnitudine, id est abundantia gratiæ spiritualis; quanto magis fidelibus expedit voluntarie et ex affectu adorare Spiritum sanctum!

21. Adoratur autem Spiritus non quasi separatim more gentiliam; sicut nec Filius separatim adoratur, quia in dextera Patris est; sed cum adoramus Patrem, credimus nos fideliter et Filium et Spiritum sanctum pariter adorare: quia et cum Filium invocamus, Patrem nos credimus invocare: et cum Patrem rogamus, a Filio nos credimus exaudiri, sicut ipse Dominus pollicetur; *Quidquid petieritis a Patre in nomine meo, ego faciam; ut honorificetur Pater in Filio*: Sic et cum Spiritus adoratur, ille utique adoratur cujus est Spiritus.

22. Illum autem nullus ignorat; quod divini majestati nec addi quidpiam nec mitui, humanis supplicationibus potest: sed unusquisque secundum propositum voluntatis suæ aut gloriam sibi acquirit fideliter venerandæ, aut confusionem pertinaciter resistendo. Certum est enim quia et contentio et superbia damnationem generant; honorificentia fructus devotionis expectat: Quare autem fideles non honorificent integre Trinitatem, ad quam pertinere confidunt, cujus nomine se tenent, cujus vocabulo se nominari gloriantur? Nam sicut, a nomine Dei Patris homines Dei appellanter; ut Halias homo Dei

<sup>a</sup> Cod., *ad nomen.*

<sup>b</sup> Cod., *integre. Malim, integra.*

Adieter est; et Moyses homo Dei; et Timotheus homo Dei a Paulo appellatus est; sic a Christo Christiani nuncupantur; sicut etiam ab Spiritu spiritualis appellantur. Si igitur voceris homo Dei, et non fueris Christianus, nihil es. Expressi Christianus dicaris, et non fueris spiritusalis, ne tibi satis de salute confidas. Sit ergo nobis secundum baptismum Salvatoris confessio, fides <sup>b</sup> integra Trinitatis, una devotæ pietatis; nec more gentiliam; potestatis diversitates opinemur, aut creaturam in Trinitate suspicemus. Sed nec Jædeorum scandalo succumbamus; qui Filium Dei negant, qui Spiritum non adorant; sed potius perfectam Trinitatem adorantes et magnificantes, sicut in mysteriis ore nostro dicimus, *Sicutus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth*, ita non sentiamus minus. Et illud unus sanctus, unus Spiritus; unus Deus, Jesus Christus in gloria Dei Patris; una omnipotentia, quia una et religio Trinitatis. Et deinceps pacem et dilectionem sectantes bonis semper operibus abundemus; et audiamus ab Apostolo, sicut audierunt Corinthii in prima Epistola: *Gratiam Domini nostri Jesu Christi, et dilectio, et communicatio sancti Spiritus erit cum omnibus vobis. Amen.*

Explicit sancti Nicetii episcopi de Spiritu sancto Potentia.

Incipit tractatus ejusdem de diversis appellationibus Domino nostro Jesu Christo convenientibus.

<sup>c</sup> Immo sequentia verba degnatur in secunda Epistolæ clausula.

## SANCTI NICETII

EPISCOPI AQUILENSIS

# DE DIVERSIS APPELLATIONIBUS

D. N. JESU CHRISTO CONVENIENTIBUS.

1. Multa nomina multaque appellationes in Scripturis sanctis inveniuntur, quæ Domino Jesu et Salvatori nostro convenient. Dicitur verbum, dicitur sapientia, lux, virtus, dextera, brachium, angelus, appellatur homo; dicitur agnus, ovis, sacerdos, via, veritas, vita; dicitur vitis, justitia, redemptio; panis, lapis, medicus, fons, aqua, vives, pax; judex, janua appellatur. Hæc omnia dicitur; et alia multa vocabula in Scripturis sanctis <sup>b</sup> de Christo inveniunt; cum unus atque idem sit Dei Filius, Deus noster, ut virtutis ejus, ac dispensationis ratio cognoscatur. Audiamus appellationes; quæ sunt nunc appellationum significationes. Verbum dicitur, vel quod impas-

<sup>a</sup> In eodem argumento versatur Damasus eadem 11. ed. Sarazan. (*Thomo nostro XIII; col. 378, S. Dam. contra 6*), qui tamen verum in perpetuo Vat. cod. 353 tribuuntur Silvio cuiusdam. Et quidem cod. vat. *ca* pro *vita*; *columba* pro *columna*; *panis* pro *paries*

sibiliter genitus sit a Deo Patre, vel quod sine diminutione paternæ substantiæ ejus existerit generatio. Nam nec homo diminutionem aliquam pati videtur cum verbum emittit. Vel certe verbum dicitur, quod per ipsum sit Deus Pater semper et angelis locutus et hominibus. Sapientia dicitur, quia per ipsum sunt in principio sapienter cuncta disposita. Lux dicitur, quia et primas mundi tenebras ipse illuminavit, et noctes mentium humanarum suo adventu fugavit. Virtus dicitur, quia nulla eum potest superare creatura. Dextera et brachium dicitur, quia per ipsum universa creata sunt, et ab ipso omnia continentur. Angelus magni consilii appellatur, quia ipse est au-

<sup>b</sup> Legatur item postea Orientius in collect. Pisar. tom. VI, p. 89; et Phœbadius contra Arianos cap. 6, quæ postremum lectum a Nicetia vix dubito. <sup>c</sup> Cod. in pro da. Alius codex hic verba aliquot desiderat.

tus paterna voluntatis, dicitur hominis Filius, quia propter nos homines homo nasci dignatus est. Dicitur magnus propter innocentiam singularem. Ovis dicitur, ut ejus passio demonstratur. Sacerdos dicitur, vel quia suum corpus oblationem et hostiam obtulit Deo Patri pro nobis, vel quod per nos a diebus angelos offerri dignatur. Dicitur via, quia per ipsum pergitur ad salutem. Vitis appellatur, quia brachiorum palmites extendens in cruce, magnum saeculo praestitit dulcedinis fructum. Justitia dicitur, qui per sui nominis fidem justificat peccatores. Redemptio dicitur, quia omnem perditos sanguinis sui pretio nos redemit. Panis dicitur, quia a famem gentium per suum refecit Evangelium. Lapis dicitur, quia nec serpens fecit in eo vestigium, et nobis ipse praestitit munimentum. Medicus dicitur, quia infirmitates nostras et vulnera sua visitatione curavit. Fons aquae vitae dicitur, quia per lavacrum regenerationis et abluit et vivificat peccatores. Pax dicitur, quia dissidentes in unum colligit, et Deo Patri reconciliavit. Resurrectio dicitur, quia ipse omnia de sepulchris corpora suscitabit. Judex dicitur, quia ipse est et vivos judicaturus et mortuos. Janua dicitur, quia per ipsum ceterorum regni fidelibus aperiuntur introitus.

2. Ego: quia tantis et nominibus et titulis Dominus communis appellatur, habet fiduciam, fidelis, et spem beatam in ipso tota virtute constituit. Nam ut Patrem sciat, ipse tibi verbum est. Si vis recte sapere, ipsum quere, quia sapientia est. Si tenebrae aliquas oculos tuos patitur, Christum require, quia lumen est. Infirmus es? habes refugium, quia et medicus est et virtus. Vis scire per quem sit mundus creatus, et a quo omnia contineantur? ipsum crede, quia brachium et dextera praesertim. Pavorem sustines aliquem? in omnibus tibi velut angelus aderit. Si tibi difficile fuerit visu accedere ad tantam unigeniti majestatem, ne desperes, quia et homo factus est, ut ad eum facile accessum haberet humanitas.

a) Notamus Missae quotidianae usum aetate Nicetiae.

b) Ceterum habet famis scientiam; alius, scientiam; ego emendandum curavi.

c) Al. cod., sociavit.

d) Vocabulum judicis a me suppletur. Nam in codice relinquitur vacuum a patrum antiquis ad usum

Si innocens fueris, tibi ipse sociabit velut agnus. Si te persecutio aliqua gentilis contringat, sume fiduciam, quia et ipse tamquam ovis immolatus est; et te tamquam ascendes Patri suscipiet offerendum. Si vitam salutis ignores, require Christum, quia ipse est iter animarum. Si vis scire veritatem, ipsum audi, quia veritas est. Mortem omnino ne timeas, quia Christus vita credentium est. Dulcedo te saeculi delectat? magis ad crucem Christi convertere, et ejus vitis, quae in cruce pependit, dulcedine recreeris. Peccator es perditus? justitiam debes esurire, redemptorem citare, quod Christus est: satiet enim quia panis est. Si vitas in aliquo, sume gressum in ipso, quia lapis est, et te munimentum praestabit ut murus infirmus et debilis es? ab ipso quare remedium, quia medicus est. Ardorem Patris peccatorum, vel maxime quoniam es catechumenus ferve ad vitae fontem, ut ardor tuus extinguatur, et aeternitatem tua anima consequatur. Si ira discruciat et exagitat discessio, accede ad Christum, quia pax est, et et Patri reconciliaris, et omnem diligas hominem tamquam te esse diligendum a judicis. Si occa sum corporis times, et mortem vitae istius perhorrescis, memento quia resurrectio est, potest resuscitare quod secidit. Si te peccati voluptas sollicitat, et vitia carnis irritant, praecipue cogita quia justus judex est, severus examinatore est, aeterni ignis preparator est; et nunquam te peccare delectabit. Ad postremam, frater, si te desperatio aliqua invaserit de regeneratione justitiae, da scilicet gratiae expectatione, si credibili mente januam illam esse praesume; quia et per ipsum resuscitatus a mortuis, et caelorum secreta penetrabis, et angelorum consortium consequeris. et audies illum desiderabilem vocem: *Euge, bene bone et fidelis; quia fuit fidelis, intra in gaudium Domini tui; posside regnum quod tibi preparatum est a mundi constitutione: ipso presentante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia saecula saeculorum* (Matth. xxv, 33). Amen.

vocabuli.

a) Al., voluntas.

b) Al., invitant.

c) Al., fidei.

d) Al., quia in paucis fuit.

e) Al., paratum.

## SANCTI NICETAE

EPISCOPI AQUILEIENSIS

# EXPLANATIO SYMBOLI

HABITA AD COMPETENTES.

1. Qui credit in Christo, et sequitur eum ad vitam ducentem vitam, sicuti Israelis populus Moysen

a) In antiquo codice Bobiensi apud Muratorum in A. m. c. tom. III, p. 219, sic est: *Instructio Nicetiae*

D secutus terram re promissionis ingressus, hic confidens duce Christo abrenuntiat inimico, et angelis

ceteri episcopi.

a) Ob hanc causam tunc dicitur: *Instructio Nicetiae* ex